



SERMO

LXXIII

Stans tota die in forti p[re]lio sine armis: necessario morit[ur]: sic peccator dei fortitudine n[on] armatus: Sed homo iustus omnia vincit dono fortitudinis roboratus: **Phil. iij.** Omnia pos[sumus] in eo qui me abor[dit]. Sic vicit dauid goliam: et samson philisteos. ¶ Quinto contra malum erroris circa bona et mala dono scientie facit nos pugnare. Dupl[icit]iter em[en]d[amur] in cognoscendo bona et mala. Primo q[uo]niam paruum bonum et paruum malum dicimus magnum bonum et magnum malum et eod[em] uerso. Secundo q[uo]niam illud quod est malum dicimus bonum: et illud quod est bonum dicimus malum. **Eccl. v.** Ve qui dicitis bonum: et malum bonum. Omnia bona et mala mundi sunt parua bona et parua mala p[ro]pter peccatum: quod est pessimum malum. Virtutes em[en]d[amur] et dona sunt optima bona: et mala mundi reputat optima bona et pessima mala: peccatum autem reputat paruum malum et virtutes modicum bonum. Exemplum sic stultus reputaret qui diceret lutum melius auro: sic est peccator. Sed iustus p[ro] dono scientie discernit magna et parua bona et mala: optimum bonum et pessimum malum. **Math. x.** Estote prudentes sicut serpentes. ¶ Sexto contra malum execrabilitatis: p[ro]pter quam vita nostra est deo odiosa: facit nos pugnare dono pietatis. Peccator est deo execrabilis: q[uo]niam nec sui miseret: nec proximi. **Eccl. xiiij.** Qui sibi nequam est: cui bonus erit. **Job. xxiiij.** P[ro]p[ter] d[omi]n[u]m em[en]ditur sterilem: et que non parit: et vidue non benefecit. Omnis miseratio peccatoris est solui circa carnem p[ro]p[ri]am: que est sterilis: et nullum fructum vite parit: sed vermicibus deuoranda. Seruat[ur] anime vero sue viduate suo sponso deo n[on] benefacit. Exemplum sic habens pulchram sapientem: nobilem: et diuitem uxorem: et de ipsa nihil curaret: sed de vilissima ribalda et turpi multum sollicitaret: esset execrabilis coram hominibus. Sic peccator qui de anima nihil curat: est execrabilis coram deo. **Math. xxj.** Quam commutationem dabit homo p[ro] anima sua. Sed iustus dono pietatis miseret anime sue. **Eccl. xxx.** Misereere anime tue: plaude. ¶ Septimo contra malum stulte securitatis: quod nihil est periculosius homini tot malis obsessio: facit nos pugnare dono timoris. Peccator inter tot et tales inimicos secure dormit: et nihil timet. **Job. xxi.** Domus eor[um] secure sunt: et pacate. Et quod sequitur: Ducunt inquit in bonis di[uitias]: et in puncto ad inferum descendunt. Et quare q[uo]niam sine timore vixerunt. **Eccl. j.** Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est iustificari non potest. Exemplum sicut homo obsessus in quodam castro: et dure expugnatus: et timens de perditione intus: stultus: et malus custos reputaret si secure dormiret: et commelationibus se daret: et ostia castri non firmaret. Sic peccator: et castro carnis obsessus: in quo est perditio: et a demonibus fortiter oppugnat[ur].